


firmat, & ad Pamphilianum circa finem Auctor, paulò antè captas non diù retentas Viperas pro Theriaca assumit, namq; multo tēpore retentæ magis sunt venenosæ; Conijcere hoc ex jejunis hominibus licet. Sic etiã Crito finiente vere vel autumno, comprehendēdas Viperas judicavit, eligendâsq; eas esse, quæ magno & crasso corpore sunt, anetoq; imposito elixandas, carnibus autem ex decem Viperis, majoribus selectis, unam siliginei panis unciam ad miscendam fore præcipit, atq; ita pastillos Theriacales appellatos conficit. Tēpus igitur colligendi statutum sit, & eas occidendi, si Ver fuerit benè cōstitutū, in ipso Vere, si verò hyemale ver, non multò post Plejadum exortū, qui Sirigato Auctori erat septima Maï ante Kalendarium Gregorianum, de quo tēpore Ulysses Aldrovandus nostri sæculi ornamentū exactissimè disseruit. Quo igitur tēpore venandæ sint Viperae, & quo tempore occidēdæ, ex his quæ allata sunt est manifestū.



*T V N C Q V Æ P A R T E S  
assumendæ sint pro cibis, & antidotis, &  
quo modo preparandæ; sed prius,  
quæ in totum abijciendæ, aut  
eligendæ.*